











DE ANIMA

DIALOGVS, IN QVO PRISCO-
rum falsæ damnantur opiniones, philosoph. Et veræ
narrantur, deq; eius infusione, in embrionem, ve
ra demostratione, & omnibus alijs quæ ad
animā spectare videntur cum Ar-
boribus Vegetatiuæ, Sensiti-
uæ, & quoq; Intelle-
ctiuæ, nunc
primum in lucem æditus.

AVTHORE MICHAELE
ANGELO BLON-
DO PHISICO.



ROMAE.
M. D. XXXXV.

Cum priuilegio Diui PAVLI III. M. P.
in decennium.

ALTISSIMI DEI MINISTRO MICHAELI ARCHANGELO, MICHAEL ANGELVS BLONDVS Seruus humillimus. S.


T QVONIAM superioribus annis, quasdam vigilias nostras, dicauimus diuersis principibus nostris, arbitrantes plurimũ proficere, cum in beneuolentia tum in seruitute, ad hoc. n. videtur productum esse genus humanum. Tamen postq̃ ex desiderio non successerit nobis, & si dicti, omnigenere hominum afficiantur, existimauimus, quam uis sero, tuum nobis amorẽ conciliantes, magni prouentus fore, constat. n. te & genium nostrum, & custodem esse, propterea cũ de anima scripserimus cum filio disputatiunculam, qua nil carius est homini, vtilissimum etiam putauimus, illam, tibi commendare, Et hoc quod scripsimus, primum, Deo optimo, demum tibi dicamus, rogantes ut tam nostræ animæ q̃ filiorũ nostrorũ bonus custos esse velis & defensor, ne hostium ob ducamur salatijs, priusq̃ ascendamus cœlũ, depositis exuuijs humanis de p̃cepto altissimi. Val.

Ex Vrbe sub uigilia Diui Pauli. III. Opt. P.



DE ANIMA
MICHAELIS ANGELI BLONDI DIALOGVS.

INTERLOCVTORES PATER CVM FILIO.

BLONDVS. SCIPIO.



AGNVM prouentū fili mi, annus hic attulit, philosophorum, nam tota ferè hyeme, nullus dies profestus fuit, quo non ascenderet aliquis cathedram, Iuuat utiq; philosophantes, q̄ uigeant studia, quia sic proferunt se ingenia mortalium & ostentant, quam uis ad audiendū a quibusdam pigre itur, pleriq; etiam in uetitis stationibus sedent, quoniam hac tempestate, scortum factum est, res iucundissima, quidam in aulis. P. tempus cōterunt in audiendis, uel recitandis fabulis, quidam & nolentibus ferre facetias molesti sunt, Nōnulli & sero & lento gradu ueniunt ad studia, quidam studio penitus, erroribus uero nunq̄ parcunt, plurimi etiam palam & absq; simulatione student, inter quos, ferunt. M. A. Sophronij filium ualde solicitum esse, quoniam ad recitantes & minima quæq; subito currit, quod me multum afficit fili, Est. n. hoc inditium eius futuræ prudentiæ.

SCIPIO, quid inde, genitor mi.

BLONDVS, dicã, ſemper amaui te paterno amore, propterea & ad ſtudium excitaui, ut quemadmodũ pleroſq; alios, in literario genere ſentio laudari, ita etiam cupio in eodem genere Scipionis perfectam eſſe ſolicitudinem, ut eodem exemplo facile inteligam alios moueri, quo ipſe etiã, ut audis modo motus ſum, hortãdo te ad ſtudia, Caue ergo ne ab aliquo ſolerti, Vt otioſus uoceris, uel admonearis, at ultro accedes ad audiẽdum philoſophorum doctrinam, quoniam ſic parenti indies magis carus eris.

SCIPIO, præceptis mei genitoris conabor parere, pro uiribus.

BLONDVS, Nihil eſt fili, quod a te gratius poterã percipere, poſtq̃ ergo paratiſſimum te eſſe noſco, inſuſcipiendis honeſtiſſimis rebus patris tui, conſtitui, gradiens tecũ ratiotinari de uirtutibus illis, quæ beant animos mortaliũ, & pueros eque adoleſcentes ad bene uiuendum inſtruunt, propterea cum filius dicitur patris pars maxima uel etiam uocatur ipſa anima, De hac maxima parte, uel potius anima domum redeũtes ſermonem habebimus, nãq; omnes, & philoſophantes etiam diſputant præcipue de Anima.

SCIPIO nimirum, quis namq; unq̃ uidit animam, ut certus poſſit eſſe quid ſit, uel qualis, eſer igitur, rogo, erudiens filium genitor mi, quid ſit anima qua mortales uiuunt.

BLONDVS, Nequeo anime mi huic ardue rei inue-

nire initium idoneum, unde exordiar; quæ uel pceperim, uel legerim, apud philosophos, de anima, tamen cũ procul a nobis sunt illi quibus leuissima quæq; stomaco sunt, ab occurrentibus incipiam, omittens rationes quibus Anaxagoras mouebatur, efferens, animam intellectum esse cuncta mouentem, uel quibus utebatur Democritus, inquiens animam ignem, uel calorem esse, athomis, & figuris existẽtem eorum, quæ numero cõphendi non poterant, preteream & Leucippi mentem, qui censebat animam fieri ex indiuisibilibus sphericis corporibus, uerum penetrantibus corpora mortalium, neq; aducam ut probabilem opinionẽ, Pithagoræ, qui ausus est ferre, Animam fieri ex decisione athomorũ stantium in aere, nec affirmabo rationem, quæ hactenus non est comperta, qua inductus est Empedocles, credere animam ex igne, aere, & aqua compositam, amicitia & lite, quorum concordiam aiebat constituere, discordiã uero corrumpere animam, nec laudabo Platonis sententiam quam uis dissentiat ab opinione dictorum, Asserit enim Animã numerũ esse semet ipsũ mouentẽ, nec uolo credas, quod Thales milesius credidit quoniã arbitratus est animam esse aliquid motiuum, eadẽ ratione ductus protulit & magnetem animatum esse, quia ferrum mouendo contrahit, dices & Diogenis opinionem falsam esse, cum aerem tenuissimum æstimauit esse animam.

SCIPIO, uoluptatem mihi magnam nuncias, efferens, horum utiq; iridendas opiniones, perge igitur ut noscã pri

scorum errores, nam cognitis illis, facile compar ero illi qui a bono pceptore optime instructus est.

BLONDVS, quæ mihi nota sunt fili efferam paterno amore, ut tibi doctrinæ sint, verumtamen, priusq̄ ad rē propositam venero, cæterorum etiam philosophorum, falsas opiniones recitabo, ne aliquando, uel lectitans eas, uel audiens ab aliquo, possis errare, in doctrina de anima, Eraclius arbitrabatur animam vaporem esse incorporalissimum semper fluentem, quo alia constituuntur, quantum errabat is vna cum illo qui putabat animam uaporē esse, quam'uis immortalem affirmabat, æstimo fili quod iam facile comp̄hendis, non est ergo fides adhibenda Hippo. cuidam, qui animā aquam esse retulit, neq; illi qui sanguinē esse dixit, & si mouebatur hac ratione, inquiens, sentire proprium est animæ, sed hoc proprium est animali propter sanguinē. Ex dictis autem omnibus, ut notissimū est, nemo istorum protulit animam fieri ex terra, & si crediderint ex alijs productam esse elementis, p̄ter Parmenidē qui efferre ausus est animam productam esse ex terra & igne, At Zenocrates arbitratus est animam esse numerū se ipsū mouentem. Archilaus, virtutem dirigētem athomos, sed Asclepiades exercitium quinq; sensuū esse, en igitur priscorum sapientum fili haud veræ opiniones de anima, aiunt etiā quidam Hypp. dixisse animam esse tenuem spiritum diffusum per totum corpus, legi ipse etiam apud eūdē, libro de victus ratione, vbi differit de homine

inquit

inquit tandem, commixta quidem igni & aqua serpit in hominem anima, propterea et Epicurus retulit animā vigorem quendam igneum esse, Et Philippus Didascolus cōmediarum, numerum athomorum sphericorum, falso etiam Ponticus, arbitratus est animam lucem esse, Porphirius essentiam simplicem, aptam natamq; posse separari a corpore, Seneca vero sapientius retulit animam spiritum esse intellectualem ordinatum ad beatitudinē, Et Maro princeps poetarum, cecinit, igneum vigorem, & cœlestem originem, appellauit animam. Veruntamen inter philosophos qui dixerunt animam immortalem esse primus fuit Phereciades, idem etiam affirmauit Pythagoras eius discipulus, post hos & Architas Tarentinus, quod & Arist. & plurimi ex Arabis & Gal. medentium celeberrimus erat eiusdem opinionis, quod & Auerroys credidit, multis alijs cum philosophis, hæc etiam diffusius apud Arist. primo & tertio de anima poteris cognoscere, nam collegit omniū opiniones qui de anima tractarunt, quorū fili iam posthabitis opinionibus ad occurentia sed veriora descendo dictis, Sapientiores nostræ tempestatis dicunt animā qua uiuimus ambo, quandam spiritualem substantiam esse rationis compotem, dantem vitam & perfectionem nostris corporibus.

SCIPIO, hæc profecto, mihi videtur pstantior opinio, dictis, hæc.n. filij tui crescētem animum, instruit accuratius, uere tandem confitear patris mei doctrinam speculū,

esse omnium mortalium.

BLONDVS sciās ergo fili, ꝙ in omnibus meis curis cō fugio ad studia tanꝙ ad vnicum solamen quid. n. magis solatur virum non inuenio, ideo si quid laude dignum effi- cere credis, stude vel scribere tenta, nam legendo homi nes fiunt prudentiores & scribendo putantur doctiores, in his tandem duobus an me ipsum exerceo uides, fac er- go ut semper sim exemplo tibi, namq; dum immitaberis pa trē, confitebor te uerū meum filium esse, rediens autē un- de egressus uideor, sapientiores nostri ferunt animā pro ductam esse a deo ex nihilo tandem, quam diuus Augusti nus diffiniens ait, spiritualem esse intellectualem rationa lem, semper uiuentem, seq; ipsam semper mouentem, bonæ & malæ uoluntatis compotem etiam esse.

SCIPIO, Aliā rem ex alia, sed probe narras, quā haud percipio genitor mi.

BLONDVS, prebe te fili, cum docilem tum facilem ēt, quia percipies, Damascenus ille dixit, animam esse uiuē- tem substantiam, simplicem, incorpoream, secundum pro priam naturam inuisibilem, infigurabilem, immortalem, rationalem, intellectualem, atq; organico corpore utētem, & uitæ mortalium incrementum, & sensus ipsos pbentē, neq; aliud possidentem, ꝙ se ipsam, & intellectum, secū dum sui purissimam partem,

SCIPIO. ꝙ mirandus est Damascenus cum hac diffini- tione, quia sustulit animam supra intellectum filij tui.

BLONDVS, *porro fili ut ex studijs mihi gaudiũ, sic ex hoc sermone puto proueniat tibi iucunda hilaritas, & est signum futuræ p̃stantiæ, pronosticor equidem, nam tales reddunt animos, quæ afficiunt hominem, propterea audi etiam noscenda comperiuntur & quidam alij, qui dicunt animam quandam simplicem substantiam, uiuentẽ, incorpoream, inuisibilem immortalem, rationalem, intellectualem infigurabilem, uerumtamen organico corpore utentem, ipsumq; regentem atq; in eo habitantem, totamq; diffusam esse in singulis membris hominis, libere dantem incrementum, sensum etiam & generationem, ex uoluntate agentem, & semper fungentem libero arbitrio, Et ipsius* Dei *p̃seferentem imaginem, quoniam mortalium anima quippe res est diuina, in se ipsa possidens plurimas species & ornamenta.*

SCIPIO, *dum cupis genitor mi, ut hæc filius tuus recte compr̃hendat, fac, ut è scopulo, me ducas in trãquillũ, nil. n. mihi carius potuit efferi, perge igitur & dotes & species animæ referens, ne ab aliquo possim ĩfici, talia male narrã tem audiens, quare dum eliges a philosophis quæ boni succi plena sunt, quæ uero mali destitues non tam filio, q̃ & alijs, cupientibus uere philosophari carus eris.*

BLONDVS, *libenter hoc faciam, scias ergo quod omnes quibus res sunt minus notæ, magis nescio quo modo, proni sunt ad dubitandum, qui & si cuncta accipiunt quæ narrantur, tamen propter quandã impotentiam credunt*

se non posse ardua percipere, constat ergo, quod dum anima spirat, spiritum esse, dum sentit sensum uocari, dumque sapit, animum, sed cum intelligit mentem dici, dum ratione discernit, rationis habere nomen, dum assentit uoluntatem appellari, dum recordatur, memoriam nuncupari, cũ recte uiuit Dei possidere imaginem, dum uero uirtutibus est insignita, scias deo atque angelis esse simillimã, dum uirtutibus est plena, fateor ut uerus Christicola, trinitatis sedẽ esse. Creauit.n. Deus hominem ad imaginem uel propriam similitudinem, & hoc fili intelligendum est secundum mentem, qua homo in rationabilibus cætera antecellit animalia, ad imaginem ergo, dico factum esse hominem secundum memoriam, intelligentiam & dilectionem, & ad similitudinem, fateor secundum innocentiam & iustitiam, quæ in mente rationali naturaliter sunt, uel imago, consyderatur in cognitione ueritatis, & similitudo in amore uirtutis, uel imago in omnibus alijs, at similitudo in essẽtia, quia anima immortalis atque indiuisibilis est, Ideo Augustinus in lib. de quant. animæ ait, Anima facta est similis Deo, quia Deus eam fecit immortalem & indiuisibilem, imago igitur pertinet ad formam, similitudo ad naturam, Itaque homo secundum animam factus est, ad imaginem, non patris tantum, uel filij, uel spiritus sancti, sed totius trinitatis, quod affirmat etiam magister sententiarum super illud psalmi, Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Exponens tandẽ dicit, quod triplex est ima-

go, videlicet creatoris recreationis & similitudinis, vnde monstratur quod esse imaginis, non tantum est naturæ ue rum etiam gratiæ & quoque gloriæ: Namque imago creationis est naturæ, imago recreationis est gratiæ, sed imago similitudinis est gloriæ, subdit ēt quod homo factus est, ad imaginem & similitudinem sanctæ Trinitatis, vt piscibus maris, uolatilibus cœli, bestijs terræ, vniuersæque creaturæ, atque omni reptili quod ī terra mouetur p̄sideret, quam ob causam Arist. primo politicorum dixit, quod venatio animalium siluestrium erat iusta & naturalis, nam homo fuit factus dominus animalium.

SCIPIO, inter omnes dotes animæ fateor maximā esse Trinitatis ni falor.

BLONDVS, recte iudicasti fili, noui ē enim p egregium ingenium tuum, neque hominem tantum, scio te esse natum, sed etiam & virum, tandem scias nondum me statuisse finem orationi, propterea recitabo quæ apud Philosophos miranda comperiuntur de anima, vt perfectissimis doctrinis animum instruas a primordio, Arist. secundo de Anima uocauit animam Endelechiam, quod interp̄tatur actus primus, vel perfectio corporis phisici organici, potentia uitam habentis, est enim actus primus, non quidem accidentalis, nec faciens unum quid, in ipso corpore, sed substātialis faciens unum cum corpore, cuius est actus, & dicitur actus primus ad differentiam secundi, duo nāque sunt actus animæ, primus & secundus, sed actus primus,

fili est esse animæ in corpore, cuius est actus, Et actus secundus in corpore est, cuius est primum officium operari, Etenim anima, inquãtum est actus primus corporis, cuius est, formam facit, p̃ter hoc, q̃ aliquid operetur, est nãq; sic forma uiuentis unita ei, ut perfectio perfectibili, quoniam perficit ipsum, & dat esse illi, & fit uiuum actu, quia uita, ut monstrabitur, fili mi, est permanentia perficientis corpus in eo, nam perfectio illa, est primus actus perfecti corporis, propterea anima dicitur primus actus, de qua Algazel disputans ait, Anima est substãtia per se existens, quæ neq; est corpus, neq; est imp̃ssa corpori, neq; perit pereunte corpore, ut quidã putabant, hæc ille de anima mortalium, Anima tandẽ perpetuo uiuit proculdubio, læta uel tristis.

SCIPIO, impulisti me pater, ut omnino crederem, animam uerum hominis esse, quia notum est mihi, ut eius in recessu deficit esse hominis, perge igitur quemadmodum cepisti, namq; hac, nullã mihi puto gratiorẽ fore doctrinã.

BLONDVS, aduerte igitur, Arist. adhuc, primo de Anima, ait. n. q̃ anima uidetur corpus continere, cuius inegressu, corpus cadauer est, & putrescit, quoniã aĩa nõ est corporea, nec aliqua constat longitudine, neq; disfunditur in latitudinem, uel in proceram Altitudinem uel solidam extenditur, Verumenimuero, quia anima non est perfectio corporis, & perfectionis est hærere corpori, ideo, Anima unitur ei, ut mouens mouenti, uel ut agens

agenti, itaq; cum agit, dicitur actus secūdo, secundū diuum, August. Et philos. primo de Anima, duo etenim consideramus in anima, eius uidelicet essentiā, quæ unitur corpori, & est actus primus, tamen eius potētiæ agentes cū quibus agit est actus secundus, Recte igitur Gal. primo de vsu, partium, vna quæq; anima facultates quasdam a sua ip sius substantia obtinet, efficere autem ea, quæ nata est efficere, absq; organis nequaq̄ potest, intelligendo tā dē hoc secūdū potentiam vegetatiuæ, & sensitiuæ.

SCIPIO, *quomodo autem anima vtitur corpore?*

BLONDVS, medio calore naturali, vt docet idē Gal. secundo de vsu partium, & princeps lib. vniuersalium, cum de cōplex, ætatum, neq; Auerroys recedit ab opinione istorum, in Tract. de sensu & sensato, Ait. n. nullū Corpus est animæ subiectum, nisi calor naturalis, scilicet subest corpus animæ medio calore naturali, & prosequens docet, si calor naturalis, corpori subduceretur, uel alicui mēbro, uel parti eius, vt puta, oculo, confestim pars illa seu mēbrum frigidum fieret.

SCIPIO, *ignarus equidem horum sum, quinimo obductus, vt quadam ægritudine, propterea obsecro, vt exponas hæc mihi clarius, dum desideras me tuarum facultatū verum hæredem esse.*

BLONDVS, nunquam retinebo quidq̄, fili, quod pcipue tuo honori vel gloriæ conueniens putabo esse, scias igitur quod res ipsa, ætas, & vsus quid noui dignum iuue-

ne illo, qui dat operam philosophiæ, affert, itaq; animæ est, substantia & non accidens, est autem immaterialis exire nõ potens in operationes transeuntes in materiã extrinsecam, nisi propter media quæ sunt ipsius animæ ad operãdum organa uel instrumenta, nãq; aliter esset p̃ter ordinem in natura, propterea oportuit esse corpus phisicum, & est corpus naturale, cuius est anima actus primus cõstans organis, Et in compositione organica, multiformiter diuersificatum, vt processus primi actus in secundum, & in diuersis, valde varius est, Ideo Arist. primo de Gener. scripsit, opus est ad omnem generationem organis & ad omnem aliam animæ actionem idem necessariũ esse, itaq; partes corporis organa sunt, cum virtutibus, verum corpora organica dicũtur ea, quæ ĩ suis partibus diuersa sunt, uel constant ex diuersis, propterea elementa, & mixta, imperfecta non dicuntur.

SCIPIO, propter quid?

BLONDVS, propter magnam diuersitatem, quã corpora organica possident in suis partibus, propter quã etiã, ea organica, proprie appellantur, quæ & si omnia sint animata & organica, veruntamen, magnam habent diuersitatem inter se.

SCIPIO, in omnibus pater mi, admirari te non desisto, sed p̃cipue in hoc quod optimo ordine procedis filium instruens ambulando.

BLONDVS, esto boni animi fili, quoniam quæ sequũtur

tur, lucidius etiam exponam, quo pceptis ijs, inter erudi-
tos, parenti & laudis & honoris esse possis, consti-
tuatur ergo primo loco planta, secundo vero animal ratio-
nale, uel sit ex stirpibus una, uel lapidibus, uel non sit de
inhærētibus terræ, tamē sit ualde imperfectum, uel sit etiā
brutum animal perfectum, tertio loco existat homo ani-
mal rationale, ait Gal. prīo de vsu partiū, q corpora ani-
mata sunt instrumenta animarum quæ sunt in ipsis, opor-
tet autem ea esse congrua earum dispositionibus, cuncta
etiam corpora organica mixta sunt, Ideo in omnibus illis
reperitur duplex forma, altera secūdum quam sunt mixta,
sed altera secundum quam sunt animata, nec tamen altera
illarum pendet ab altera, Quinimo altera, vt animantis
forma, altera residet vt forma mixta, vt perhibetur in
plantis, & brutis, atq hominibus, & etiā defunctis, qui
remanent secundum propriam compositionem, remota ab
eis anima animante. Et si plurima ex ijs, diu non persi-
stant sic, at remanent ī via corruptionis, pcipue irrationa
lia, & homines dissoluūtur, quoniam putrescunt in suis
partibus & corrūpuntur, secundum eorum varias dispo
sitiones, cito vel sero, sed anima stante in corpore, per-
stat & forma mixti, nec corrūpitur nec soluitur neq pu-
trescit corpus in suis partibus, dictis etiam in tribus generi
bus corporum phisicorum organicorū. At eorū pro diuer-
sitate tres animæ diuersæ correspondent, inest. n. plan
tis anima vigetatiua, quæ a medicis vocatur virtus natu-

ralis, & ipsa quidem exequitur opus alimenti crescentiæ & generationis. Brutis vero animalibus inest anima Sensitiua, quam & medecinam & philosophiam profitẽtes vocant virtutem animalis quæ p̃bet motum & sensum illi voluntarium. Veruntamẽ homini inest anima rationalis intellectiua, quæ quoniã est oĩum aĩarũ nobilissima, & plurimas & multiformes actionis maxime nata est exercere, propterea corpus humanum & vberius & decentius organizatum est, scripsit.n.Gal. quod corpus humanum iunctum est animæ nobilissimæ, a qua influunt, illi & potentiæ nobiles & multiplices uirtutes, ideo decentius est organizatum cæteris animantibus, vt in anatomicis monstratur.

SCIPIO. Equidem genitor mi, antiquam p̃tesers dicẽdi gratiam, quia eodẽ & ingenio ornatus es, nãq; tu solus, omnium, hominum demostrationis genus perfectissimũ habere uideris docendo, perge igitur, instruens me vnde anima descendit in corpora mortaliũ.

BLONDVS. Si quisq̃ est fili, qui natam suũ erudire cupit, is ego sum, nam in hoc & nomen profiteor meũ, propterea volo ut existimes patrem tuũ clementissime cũcta dicturũ, cumq; audies aliquẽ reprobantẽ hæc, respondebis, cũ eduxeris in lucẽ p̃stantiora, hæc poteris reprobare, uerũtamen, in triuijs dolose latrantem, efferes, nequam & improbũ esse hominem, scias autẽ, quod in brutis & plantis animæ educuntur de potentia materiæ, sed

in homine creatur ab ipso omnipotenti Deo, & sine mora, ut dicunt philosophantes, in instanti infunditur. Non enim acquiritur per motũ, & si nunq̃ acquiratur nisi mediante tẽpore pcedenti, & motu, in quo materia pparatur, ad eius receptionẽ, quoniam omnis organizatio pcedit infusionem animæ, non in fieri sed in facto esse, habet esse suum, cũ forma introducitur, quoniam tum, cum organizatio habet factum esse, forma introducitur in ipso corde: Et sic in ingressu animæ, materia generationis molem habet idoneam & psectam organizationem.

SCIPIO. Obsecro effer etiã, an rationalis anima in corpore uel extra corpus creatur.

BLONDVS. Efferam libenti animo postq̃ expuero pituitam fluentem a capite, nam occipiens fauces, uocem ipsam intercipit, sed iam aduerte, plurimas propter causas anima non creatur extra corpus, sed in ipso corpore, & prima causarũ est, quia maxime conuenit naturæ corporis, secũda, quia proprius actus est in propria potentia, cũ anima sit proprius actus corporis, ideo nisi in corpore produci debet. Tertia causarũ uel rationũ est Terminus motus pcipue in generatione, nũq̃ pcedit motũ, sed anima est terminus humanæ generationis, ut rei productæ quælibet alia substantialis forma. Propterea priusq̃ producitur corpus, anima esse non potest.

SCIPIO. At Embrio quo tempore recipit animam, uel quando in eum anima rationalis introducitur.

BLONDVS. Sapienter rogasti, In hoc autem uarias inuenio opiniones, quidã etenim dicunt, quod Cor ipsum, priusquã alia membra fiant, uiuit uita uegetatiua & sensitiua, itaque a primordio embrio habet uegetatiuam animam & sensitiuam, uirtute cuius nutritur & sentit, & sic uolunt quod embrio sit animal determinatum ante introductionem animæ intellectiuæ, licet imperfectum, tamen continue perficitur, & quoniam prędicta anima producta est ut exposui de potentia materiæ corruptibilis confestim corrumpitur uegetatiua & sensitiua, cũ introfunditur anima intellectiua. Itaque hæc anima continet uegetatiuã & sensitiuam in sua uirtute, sunt etiã alij, qui dicunt in embrione est una & sola anima intellectiua tantum, quæ habet facultatẽ informãdi ipsum cor & uitalẽ efficere, priusquã cætera mẽbra, haud aliter etiã formare potest quædam alia mẽbra priusquã alia. Verũtamen post cõcretũ cor, hoc tandem uidetur rationabile. Namque sicut anima intellectiua potest formare cor ipsum cõpleto corpore, alia uero non formando mẽbra, quædã etiã extruere potest cũ corde, & quædã nequaquam, ut monstratur in occasu uitæ cũ principalia mẽbra postremo moriũtur, inter quæ cor est, quod formatur ab anima, quamuis ab ea plura alia mẽbra non formantur, ita ut fit similiter in generatione, priusquã alia mẽbra, cor ipsum formare potest & principalia, priusquã plura alia mẽbra, & hoc asserunt non repugnare indiuisibilitati intellectiuæ animæ.

Nam & hoc similiter, in eductione & augumento, quod ipsa existens indiuisibilis successiue potest informare anima, atq; aliam materiam maiorē & minorē, sed ut has rationes fili, approbē auctoritate, ꝑbe te docilem, quo audiens hæc maiorē mihi fidem ꝑstare possis, cōperio Arist. secundo de Generatione dixisse, Quod homo prius viuit vita plantæ de inde uita sensitiua, postmodum uita intellectiua. Tamen neoterici interꝑtantes dicunt, quod hoc prius non indicat ordinem inductionis formarū, uidelicet, quod prius inducatur anima uegetatiua deinde sensitiua. postremo autē intellectiua, sed hoc tantum notat ordinē perfectionis, scilicet quod omnes operationes uariantur in perfectione, & quod ꝑdictæ operationes sunt, uelut magis imperfectæ, deinde sensitiuæ, postremo uero intellectiuæ, & sic uolunt, ꝙ ab ipsa anima, una, quæ est intellectiua omnes ꝑdictæ operationes proueniant, quod in suo processu manifestatur, & quod priusꝗ̄ infunditur anima intellectiua cuncta mēbra formantur prius & succedendo, ut iam exposui, dicunt etiā, ꝙ operationes quæ uidentur esse, ante aduentum animæ in corde, atq; ante generationē, cæterorū membrorū, non prodeunt ab aliqua anima ibidem principaliter existente. Verūtamen dicunt operationes esse spiritus seminis animati uirtualiter: Sed interꝑtantes prædictam Arist. auctoritatem, efferunt, ꝙ viuat prius anima vegetatiua, deinde sensitiua, postmodum intellectiua, atq; hanc dicunt esse vltimam, suam pro-

pter perfectionem, & quando quæritur ab eis, an Cor, nutritur priusq̄ iecur fuerit productum, uel sentit priusq̄ cerebrum concretum erit, quomodo hoc potest esse, cũ egeat alimento & virtute p̄cipua iecinoris, vel sentire in nata facultate cerebri, hij tandem respondent, quod generans cor ipsum, generat in eo venam & neruum etiam. Venã equidem cum spiritu tali, qualis erit spiritus in natus formato iecinori, qui ascendet ab epate ad cor, naturales operationes exercens, & neruum cum spiritu tali, qualis erit spiritus, qui concreto cerebro, descendit ad cor, quo cum exercet operationes sensus. Namq; spiritus generatiuus p̄est cordi, velut iecur & cerebrum priusq̄ generentur, quoniam talia membra virtualiter continet, tamẽ nõnulli dicunt, quod cor productum uel concretum, non generat vel producit alia mẽbra. Aiunt. n. si cor alia mẽbra produceret suo spiritu, tum forte fortuna, reciso mẽbro organico, illud denuo produci posset, ferunt autẽ hij, quod semen ipsum cum spiritu suo productiuo generat cætera membra, & ad formã reducit ea, & si prius hoc faciat cor, quia aliter membra non essent idem numero, dũ varia haberent agentia. Dicunt etiam quod anima vegetatiua & sensitiua diuersis temporibus diffunditur in varia membra, nam diuerso tempore introducitur in cerebrum, ab eo, quo, diffunditur in iecur, vt vario etiam tẽpore & in alia membra, quibus dum responderetur. Igitur vna anima reciperet multiplex esse, hoc vtiq; negarent. Ve-

rumenimuero concederent, quod varium esse recipiunt in diuersis membris, nanq; in vno membrorum est priusq̃ in alio, est quæ vna in perfectis animalibus, ast in imperfectis, nequaq̃. Præterea, dicunt, quod priusq̃ embrio possideat perfectam organizationem, viuit quodam spatio temporis spiritu vegetatiuo, quia recipit & nutrimentum & alimentum. Postmodum, quando sentire incipit, spiritu uiuit sensitiuo, tamen non mouetur donec fuerit perfecta organizatio, sed post eius perfectionem, Deus omnipotens infundit animam intellectiuā possidētem virtutem uitalē, animalem & naturalem, & hoc spatio & ordine dicto. Deinde corpus regitur ab hac anima in suis operibus, p̄teritarum uero firmantur omnes actiones. His tandem remotis, impossibile est, ut ex semine & mēstruo concipiatur animal rationale, uel semper mobile, aut lucidum uel bonum ut est sol.

SCIPIO. Altissimis utiq; rebus intellectum filij tui obduxisti, tamen & si hæc ardua sint, & meum adhuc nō ascendant animum: Obsecro, ut priusq̃ procedas, effer mihi causas diuersitatis formarum, in expositis.

BLONDVS. Libenter faciam, postq̃ animus Scipionis afficitur paterno sermone. Scias ergo fili, quod huiusmodi uarietates possunt prodire, quando ab agente quando a materia, quando etiam a loco generationis, sed ab agente probibet ipsa uarietas mēbrorum corporis. A materia, quod inducitur uarietas hæc, clarum est, nam ex frigido

& humido alimẽto in corpore efficitur pituita, ex frigido & sicco melancolia, ex calidis, producitur bilis. Praeterea sciendum est, quod ipsa materia, quadam occulta proprietate, nonnunquam variat formas productorũ. Cõpertũ. n. est, vt caro taurina mutatur in apes, & asinina in quaedam animalia apibus simillima, & holus atriplicis in ranas, & aer crassus cum corupto spiritu hominis in animalia lecti, haud aliter etiam dicendum est de simillimis. Locus vero facit dupliciter ad varietatem formarum, videlicet naturaliter & per accidens. Naturaliter, cum in regione maximi frigoris, quo stringente & densante, vt plurimum animalia, atque ex terra nascentia minora, & quoque debiliora producuntur, & in calida. At in temperata accidit oppositum. Neque est mirandum fili, namque in regione, tali multa fit exalatio & spirituum resolutio, atque alimenti consumatio, Ideo in huiusmodi regione, imbecilliores & minores comperiuntur homines, sed in plaga tẽperantiori, per oppositum, magni scilicet & fortes. Sciẽdum est etiam quod semen humanum, est secundum complexionem generãtis, & conceptus secundum naturam seminis, propterea dum semen bonae fuerit temperaturae & conceptus erit bonus, sin autem erit infectum, & conceptus erit morbidus, vel pronus ad morbum. Hinc. n. est illud quod passiones haereditantur parentum.

SCIPIO, Pleraque ex dictis cepto non conueniunt sermoni, quoniam proposueras, instruens filium disserere solũ-

modo

modo de anima.

BLONDVS, Nec mirandum, dũ declinauerim ad ea quæ & medicum & philosophum spectant, quia medicus sum, veruntamen omissis quæ spectant ad medẽtem, reggredior vnde egressus fuerã. Constat fili, philosophis, quod anima tum introducitur, cum iam facta fuerit organizatio. Quod & mihi videtur, namq; anima infunditur in cor, quoniam hoc membrum est primum humani corporis animatum. Non enim infunditur anima, in membrũ cordis, ni prius cor fuerit organizatum, ꝑcedit tandẽ organizatio ingressũ animæ. Scias etiam, quod generatio similium mẽbrorum fit vna, vel simul cum ipsa organizatione. Nam mẽbra spermatica, primo generantur, cum figura decenti & liniamentis & cauitate media, atq; aliis vt constituit Deus hominis in creatione, & membra primũ generantur, deinde iuxta figuram constituuntur, tamẽ anima ꝑcedit quandam organizationem, vt spectãtem ad motum voluntarium localem, quia huiusmodi motus non potest esse mẽbrorum absq; generatione membrorum spectantium ad huiusmodi motum, & sunt ossa, nerui, corde & simillima, quæ cuncta infusio animæ ꝑcedit in ipsum cor in esse organum: Verũtamen sensus non ꝑcedit, nãq; cum primum cor est productum, tum in eo sunt & sensus organum, vt carnium neruorũ & paniculorum. Tãdem sensus interni & externi, nõ ꝑcedunt perfectionem organum, quinimo, neq; post ortum, confestim natus habet

perfectionem sensuum dictorum: Ideo, nec motus voluntarios, sed hanc perfectionem consequitur post incrementum. Quoniam perfectio operationum, non est in omni quantitate: Ideo necessarium est, vt augeatur ad congruam proportionem, quæ cum necessario requiritur, dixere quidam, quod anima non est in corde priusquam operetur: Quinimo in primo instanti, quo incipit esse primum, incipit operari, propterea vere dicitur illud, quod anima nunc habet primum esse, & nunc primo incipit operari, nanque cor immediate augeri incipit post conceptionem, neque aliter, nisi per contractionē alimenti ab extra, ferunt etiā, quod anima in primo instanti, antecedit, secūdum tempus, omnem operationem factam, & si in ipso primo instāti operari incipiat. Propterea ī hoc cōcurrunt, quod anima est semper in actu secundo. En igitur fili, vt ex habito sermone cōprehendere potes, quomodo primo viuat, & postremo etiam moritur secundum philosophum membrū in quo est animæ sedes, etenim anima primū ingreditur cor, atque eius participatione in alia mēbra diffunditur & eodē officio vtitur, & iuxta hanc opinionē, creditur quod cor generet alia mēbra, quod, ut arbitror, non faciat, uirtute qua cor est, quoniā mihi uidetur quod cor disponit materiā ad generationē aliorū mēbrorū æquæ ad dispositionē, qua aptantur per pſentiam influxus cordis, in ipsis reduci ad propriam constitutionē, forma cordis, & hoc est fili animam recipere. Itaque omnia mēbra sunt eiusdem

ſpetiei cum corde. Etenim anima vt eſt actus primus nõ ineſt magis vni membrorum, q̃ alio, ſed omnibus ineſt æqualiter, ex æquo etiam omnia ad formam reducit, & reducendo viuificat, propter quod, a quibuſdam nuncupatur virtus vitalis corporis. Et quoniã vt ſcriptũ eſt de anima, primo anima ſenſitiua, quæ dat eſſe corpori et eius cuilibet parti, non eſt diuiſibilis in partes eſſentiales, namq; forma non recipit maius, vel minus, Ideo tota eſt in toto, & tota in qualibet parte totius, & ſi principio, ut iam expoſui, recipitur in corde, cũ ergo dixit Auer. XII. Meth. coment. II. Omnia membra humani corporis ſunt eadem genere, ergo ſunt eiuſdem ſpetiei, quinimo ſunt eadem ſpetie, tamẽ cor antecellit alia membra, tum generatione tum, perfectione, at cum obijcitur illud philoſophorum generata in principio & generata in fine ſunt alterius ſpeciei, Dico quod intellexit ille de forma ſpecifica accidẽtali & nõ ſubſtantiali, propterea noluit, vt cor, quod eſt primo genitum, & alia membra poſt ipſum, differant ad inuicem ſpecie differentia ſubſtantiali, at ſolummodo accidentali. Hæc tandem fili ſufficiant de anima, nam prope domum ſumus: Verum, recordare, vt ſemper ſit tibi curæ illud quod poſt mortem futurum eſt, meumq; etiam eſſe viuentẽ ſpiritũ poſtq̃ ab hoc ſeculo diſceſſero, tuæq; tum quoq; doctrinæ ſtudere, vt nunc facio, anima ſtante in hoc corpore, eundem tandem, æſtimabis me eſſe poſt obitum & ſi meum non videbis corpus.

SCIPIO. Memor ero ſemper patris mei, dū viuus ero poſt patrem, tamen, ſi prius hinc diſceſſero, præcor te, vt eodem amore me proſequi velis extinctum quo uiuum modo amplecteris, plerumq; etenim filij ut fructus p̄coces p̄cedunt parentes, tu uero reſtantia pater mi, compendioſe colligens, rogo, exponas, nam prope domum ſumus, ubi moratur ambos ſoror mea ut iam epulis ſolamur corpus quemmadum animum uerbis, euntes conſolati ſumus.

BLONDVS.

ANIMAE, Arbor Fœcundiſſima.

Truncus Animæ Triplici fundatur radice.

Vegetatiua, Senſitiua, & Intellectiua.

Tres Vegetatiuæ operationes.

Vires nutriendi, Vires augiendi, Vires etiā generandi.

TRVNCI facultas protenſionis.

Vires habentis nutrimenti, eſt uirtus animati quæ ſouetur quatuor qualitatibus.

Prima eſt, poſſidens facultatem attrahendi alimenti.
Secunda eſt, detentrix facultas alimenti ad concoctionem.
Tertia eſt, facultas concoquendi, quæ excoxit contractum.
Quarta eſt, expultrix excremētorū propter diuturnā cōſer.

Obiectum habentis facultatem augendi.

Alimentum eſt, in qualitate uel quantitate.

Obiectum habentis facultatem generādi.

Alimentum est cum proprietate generandi eandem speciem & hoc datum est alimento propter conseruationem speciei.

Causæ, uel radices Atractricis facultatis.

Calidum & siccum est.

In Ventriculo, In Iecinore, & In membris nutriẽdis.

Causæ, uel radices retentricis facultatis.

Calidum & humidum est.

In Ventriculo, in Iecinore, & in extremitatibus uenarũ.

Causæ uel radices concoctricis facultatis.

Calidum & humidum.

In Ventriculo, in Iecinore, & in extremis uenarum.

Causæ uel radices expultricis facultatis.

Frigidum & humidum est.

In Dẽtibus, in Ventriculo, in iecinore, & in extremis uenarũ.

VASA primæ facultatis.

Ventriculus cũ desiderio alimenti, Iecur cũ officio attrahendi excocti, Membra uel partes quæ crescunt alimento.

VASA secundæ facultatis.

Ventriculus in quo tenetur contractũ, Iecur in quo seruatur contractum, Extrema etiam uenarum.

Radices Sensitiuæ.

Color, & Lumen, Sonus, Odor, Sapor, & Tactile.

Visus obiectum est, Color, & Lumen.

Auditus obiectum est, Sonus, uel aurium cõceptus.

Odoris obiectum est, Odorati fragor cõtractus naribus.

Gustus obiectum est, Sapor.

Tactus, manuum opus, obiectum est, in calido in frigido, in humido, in sicco, in duro, in molli, in aspero, & leni.

Organa dictorum sunt, nerui optici, cartilago, caruncule bine, neruus ĩhærens linguæ, neruusq; ramificatus multiformiter.

SENSITIVAE ALIAE RADICES.

Aprensio & motus.

Apprensionis propagatio est qu aduplex.!

Virtus sensus communis, virtus imaginandi, virtus cogitandi, virtus recordandi.

Motus propagatio est triplex.

Via instruendi bonũ uel malum, desiderium diuersorum, uirtus affectuum diuersorum etiam. Via instrundi.

Sẽsus cõmunis est ostẽtans formas quæ uideri possunt et sequi.

Oblatio intentionũ sensibiliũ est, sequendarũ uel fugiendarum.

Vis imperans necessaria propter delectationem, Vis etiam propellendi nocua.

Propagatio uirtutis Affectiuæ duplex.

Virtus est motum habens generalem, Virtus est motum habens particularem.

Partes eius sunt quatuor.

Contractio, & motus de loco ad locum, Progressio, est facultas procedendi, Operatio est quæ initium actionis, Enũtiatio, est quæ uocis concitatio.

Et contractionis est contrahere.

Progressionis est extendere, Operationis est efficere, Enũtia

tionis est proferre.

Ex dictis nascuntur sequentia.

Concupiscentia, desideriũ, Gaudiũ, lætitia, amor, dilectio, abominatio, dolor, tristities, odiũ, cõtinentia, confirmatio, & deliberatio.

In Bonum, uel in malum.

Temperantia Temperantiæ. Impartiri, liberalitatis, ratiocinari, affabilitatis, dicere, uera, ueritatis.

In Bonum, uel in malum:

Ambitionis, Spe, superbiæ contemptus, dominationis, humilitatis, reuerentiæ, pænitentiæ, patientiæ & timoris.

Atq; hæc omnia reguntur distinctione, pceptione, retentione, & apprehensione, & hæ sunt facultates Sensitiuæ.

ANIMAE INTELLECTITAE Radices.

Intellectus, & Voluntas.

Intellectus propagatur tribus.

Natura, ordine, & exercitio eius.

Voluntas efficitur duobus.

Elicitis & imperatis.

Elicitis dupliciter.

Propter finem, & quæ sunt ad finem.

NATVRA.

Omnia efficiens, omnia suscipiens.

ORDINE QVATVOR ETIAM.

Discernens superna atq; inferna, iudicans.

Memoriã concitans atq; impans.

Imperio quadruplici.

Voluntario, rationali, sensuali, & opationibus iuxta ordinē.

DOTES HVIVS ANIMAE SVNT.

Illuminatio, consortium, dispositio, cōclusio, atque executio.

Sed hæc perficiuntur.

Ingenio, experientia, apphensione, conceptione, coloquio, contēplatione, discretione, dubitatione, opinione rerum, fide & conscientia.

Postremo insunt animæ intellectiuæ hæ maxime dotes.

Sapientia, scientia, prudentia, ars, opinio, suspitio, amare, odisse, concupiscere, horrere, delectari, tristari, sperare, desperare, timere, audere, atque irasci.

BLONDVS. Cū iis tandē ornaueris animum fili, & mihi patri tuo vere constiterit, dicam te contexisse honorē domus nostræ, insigni gloriæ illorū, qui tum gratia tum iudicio proborū maxime delectantur, ideo cū nouerim natura tibi datā esse potestatē, augēdæ & virtutis tuæ et mei honoris, nihil ptermisi, ī te hortādo ad studiū philosophiæ, quod nō est positum in honore verborum, sed in premio æternitatis, propterea lætare fili, nam mihi gratissimā famam ante victoriam assequeris, non fusis etiam hostibus, stude ergo, namque spes omnis inte mea est, tu uero a patre indies maiora expectans facile cognoscere poteris te mihi mea vita chariorem esse.

Ex Tugurio proprio.

FINIS.